Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/321394

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

8

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

ET

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

AC

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JANUS GUILIELMUS SAMUEL VON BAUMHAUER,

Malacca-Siamensis.

AD DIEM XXIX M. JANUARII ANNI MDCCCL, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. VAN BOEKHOVEN.

MDCCCL.

THESES.

I.

Praetor servo, necessario heredi, non permittebat peculium suum a bonis testatoris separare.

II.

Quod periculum rei venditae ad emtorem pertinet, non adversatur juris regulis.

III.

Ad acquisitionem dominii, quam *specificationem* vocant, non requiritur bona fides.

IV.

Emtor rei locatae non tenetur stare contractui locationis.

V.

Contra illum, qui invito domino fundum alie-

num ingressus est, non semper competit actio injuriarum.

VI.

Donatio, quamquam titulo oneroso a parentibus liberis facta, collationi obnoxia est.

VII.

Mater non indiget auctoritate mariti, ut filio prioris tori uxorem ducenti possit consentire.

VIII.

Legatarius in rem agere nequit.

IX.

Errare videtur Cons. DURANTON, ubi dicit in pacto de retrovendendo ad Art. 1660 C. C. Gall. concessum spatium quinque annorum a contrahentibus posse produci.

X.

Art. 433 C. C. verba «*welke in staat zijn*» ita videntur interpretanda, ut illi, qui se ob justam causam excusaverint, in iis non contineantur.

XI.

Bona fide possessor fructus omnes, tam natura-

les, quam industriales, ubi a solo separati sunt, acquirit.

XII.

Quamdiu cognoscimentum ad consignatarium non pervenit, rerum navi allatarum nullus possessor habetur.

XIII.

Commissionarius non tenetur nomen emtoris aut venditoris committenti patefacere.

XIV.

Iis qui Art. 290 C. M. nominantur, omnino addendi sunt liberi eius, qui assecuratus est.

XV.

Ad quaestionem, num trassatus, qui literas cambiales ad se datas acceptavit, solvere teneatur, si deinceps appareat nomen trassantis esse falsum, regulariter negando respondendum videtur.

XVI.

Jurisprudentia Cambialis in fine Saeculi XIV non nisi immatura habebatur.

XVII.

Qui proprias aedes incendit, in poenam Art. 434 incurrit.

XVIII.

Homicidium in volentem committi non potest.

XIX.

Male RAUTER *Traité du droit Crim* § 448 statuit spatium vitae infantis, quod in Cod. Poen. intelligitur verbis «*nouveau né*,» non exedere posse horas viginti quatuor.

XX.

Infamiae effectus, quoad testimonii exclusionem, haud immerito a plerisque viris doctis reprehensus est.